Suos Succores ad eadem omnia inscribit et obligat pre-
sentibus. Illum Terminum primum semper perempto-
rium et alios omnes exinde Consequentes Causae e-
iusdem Terminos semper peremptorios vera Infir-
mitate pro maiori minorennitate Succorum Lega-
tione intra vel Extra Regnum servitio militari,
ad munimenta, ad Eiuctorem vel alijs quibusvis dila-
tionibus non differendo ad Quietationem praeterea
ultra proximos Officij praefati Castren. Capi-
tan. Premyslien. Trnos dilationem sibi non
recipiendo, nullasq motiones, Appellationes ac
earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus
Suspensionibus fatalijs Juris praescriptione
Terri bello Conventioneq ac alijs omnibus Ju-
ris remedijs et defensis non subterfugiendo nec
modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti per-
sonali Recogne ad praemissa omnia mediante.

Kulczycki Consorti suae Reformat

535 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen.
Castren. Capitan. Premyslien. Nlis Petrus Kulczyc-
ki Smietanka Sang mente et corpore existens a
Terris, Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis qui-
busvis proprijs et competentibus recedendo: Praesen-
ti vero Castrensi, Capitaneali, Praemysliensi Ju-
risdictioni, quoad Actum hunc attinet secum succoribus
ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atq subijciendo palam libere publice ac
per expressum recognovit. Quia ipse Nli Cathe-
rinae.

rinæ Nanowska, Ntis Hrehorij Nanowski, cum Ntis Anna Dni Strzanska Consorte eius legitima procreata filia Sui Recognoscentis Consorti ltimæ eiusq posteris Summam Ducentorum florenorum Polonicalium ratione dotis et expeditionis post ipsam acceptæ et in domum suam importatæ: Necnon aliam Similem Summam Ducentorum florenorum Polonicalium ratione veri justi et liquidi Dotalitij, In et Super tota et integra medietate omnium generaliter bonorum Suorum hæreditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumq pecuniarium quarumvis Tum auri argenti Clenodiorum Unionum Margarethanem, Vestium Vestimentorum Stanni æris Cupri Onchalci pecorum pecudum equorum Equireæ ac totius Supellectilis domesticæ nunc habitæ et in post habendæ dedit, dotavit, dotalitavit inscripsit et reformavit, prout dat dotat dotalitat inscribit et reformat præsentibus. Per ipsam Nobilem Catherinam Nanowska Sui Recognoscentis Consortem legitimam vel ipsos posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis eorundem utilitatibus et Usufructibus competentiaq et prerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi illisq quiete et pacifice utifruendi ac ad suos Suorumq successorum quosvis beneplacitos Usus, fructus, libere et effectualiter convertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniæ observari Solitarum Præsenti Recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Idem Consortem suam Statuet